

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Iconothèque](#)[Collection Série C - 1616. Filippo Ferroverde, *Mythologiae libri* \(Padoue\)](#)[Item](#)[Mythologia, Padoue, 1616 - 42 : Lutte entre Hercule et Apollon, assistés de Minerve, Latone et Diane, pour s'emparer du trépied de la Pythie](#)

Mythologia, Padoue, 1616 - 42 : Lutte entre Hercule et Apollon, assistés de Minerve, Latone et Diane, pour s'emparer du trépied de la Pythie

2 médaillons

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série B - 1581. Pierre Eskrich, Images des dieux (Lyon)

[Images, Lyon, 1581 - 56 : Lutte entre Hercule et Apollon, assistés de Minerve, Latone et Diane, pour s'emparer du trépied de la Pythie](#) *a pour adaptation ce document*

Collection Série A - 1571. Giuseppe Porta et Bolognino Zaltieri, Imagini degli dei (Venise)

[Imagini, Venise, 1571 - 56 : Lutte entre Hercule et Apollon, assistés de Minerve, Latone et Diane, pour s'emparer du trépied de la Pythie](#) *a pour adaptation ce document*

Collection Série B - 1612. Pierre Eskrich, Mythologie (Lyon)

[Mythologie, Lyon, 1612 - 31 : Lutte entre Hercule et Apollon, assistés de Minerve, Latone et Diane, pour s'emparer du trépied de la Pythie](#) *a pour alternative ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Présentation du document

Publication *Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrum Paulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616

Exemplaire [HathiTrust](#) : [Getty Research Institute](#) - <https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830>

Formatin-4

Pagination

- p. 186
- p. 369

Exposition virtuelle [La "Mythologie" et ses gravures](#)

Notice créée par [Maria Laura Cucciniello](#) Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024

termittam: quippe cum multas rapuerit, ad libi-
nem. nam Astydiam occiso patre Ormeno
rapuit, de qua nouem filios suscepit, & Aityo-
chiam. de qua suscepit, Tlepolemmum: & Py-
reneum in Pyrenæo monte ab ipsa vocato com-
pressit, filiam Bebrycis, quæ fuit postmodo ibi
sepulta. Hercule vni ex duodecim Diis Græciæ
fuisse testatur Herodotus in Euterpe: Ἡρακλῆος
δὲ περὶ τὸνδε τὸν λόγον ἤκουσα, ὡς εἶν τῶν δω-
δεκάθεων: de Hercule audiri quod vnus esset
de duodecim Diis. Qui etiam Dionysum & Pa-
na & Herculem omnium Deorum maximè re-
centes à Græcis fuisse existimatos scribit. Alii
hunc vnum ex Idæis Dactylis fuisse celsuerunt,
alii primi Iouis, alii tertij filium quod ideo ac-
cidit, quia plures Hercules fuerunt, vt testatur
Cicero libro tertio de natura Deorum hoc pa-
cto. Quamquam, quem potissimum Herculem

colamus, scire sanè velim: plures enim tradunt
nobis ij qui interiores scrutantur, & reconditas
litteras: antiquissimum Ioue natum, sed anti-
quissimo item Ioue. nam Ioues quoque plures
in præcis Græcorum literis inuenimus. Ex eo
igitur & Lisyto est is Hercules, quem concer-
tante cum Apolline de tripode accepimus.
Alter traditur Nilo natus, Aegyptius: quem
aiunt Phrygiæ: litteras conferuisse. Tertius
est ex Idæis indigenis, cui inferias offerunt.
Quartus Iouis est & Asteræ Latonæ sororis,
quem Tyrii maximè colunt, cuius Carthaginæ
filiam ferunt. Quintus in India, qui Pelas di-
citur. Sextus hic ex Alcmena, quem Iupiter
genuit, sed tertius Iupiter. Cum tot fuerint.
Hercules, omnium reliquorum res gestæ vni Al-
cmenæ filio tribuuntur.



Hunc eandem inquit de tripode cum Ap-
olline decertasse, cui cum Delphos venisset, vt
ob mortem Iphiti expiaretur, Xenoclea Dei in-
terpres responsum dare noluit, quod esset eade
pollutus. Tunc igitur Hercules sublatum è
templo tripodem asportauit, quem cum repe-
teret Apollo grauis pugna fuisset commissa, ni-
si Latona & Diana Apollinem, Minerva Hercu-
lis iram placasset, vt ait Paul. in Phœciis. Fue-
runt qui dicant Hercules ad triginta fuisse. Di-

cuntur complures fuisse filij, quos ex varijs mu-
lieribus Hercules suscepit: quos omnes hic
recensere foret superuacaneum, cum multos
connumerarit Apollodorus Atheniensis libr. 2.
Bibliothecæ. Postea verò quam inter Deos fuit
receptus, illi conciliata est Iuno, atque Heben
filiam in matrimonium dedit, quorum nuptias
Plato præstantissimus poeta comicus commé-
morauit. Memoriae proditum est ab Ibyco ca-
lida lauacra inuentum fuisse Hercules, quibus

A a a ille





est a Musæo lib. 3. Iuniperum spinosam arborem consecratam fuisse, cui laurus præterea dicata putabatur, quod nympham Daphnem ab Apolline amatam in hanc serunt mutatam, cum fugeret Apollinem: quia magis Leucippo iuvene imberbi ac preualido delectaretur, serunt Leucippum fuisse inuitatum cum cetero cætu virginum, ut se lavaret in flumine Ladone, cum esset indutus veste muliebri, idque impulsu Apollinis invidentis eius felicitatem, quod cum recusasset Leucippus, fuit denique protractus, ac deprehensus virginem ementibus à socijs Daphnæ taculis & pugionibus confossus interije, atque laurus Apollinis sacra putabatur, non solum quia Ladonis filiam ab Apolline amatam in illam arborem consecratam esse fabulantur, ut testatur Ovidius libro primo Metamorph. sed etiam quia nature ipsius Apollinis convenit, cum arbor sit natura calida, cuius folia & fructus siccant & calefaciant vehementer, ut ait: Aëtius in libro primo, atque magis etiam ipse fructus. Hæc eadem causa fuit cur Luce simulachrum lauteum ramum teneret, per quem calorem una cum lumine illam a Sole accipere significabant, ut sensit Ptolemæus in Almagesto. hæc una est arbor, quæ fulmine minime tangitur. quare fuit ἀλεξικακός dicta siue atceus ac repellens mala. neque tunc

anni iniuriam, sed semper frondet, neque unquam senex apparet. eius odor ad vitandam pestilentiam commodus est, ut ait Herodianus: atque non mediocriter confert divinationibus, siquidem eius folia sub pluviani dormientum posita vera somnia gignere putantur. Huius arboris coronæ Apollinis templis appendebantur, & vates coronabantur, dicebanturque lauri foliis vesci, quæd utilis vaticinia capientibus significantes munera & sumptus in victum reportabant, resque omnes humanæ vitæ necessarias, ut testatur Isæius, Nicander Aetolus, is qui Alexipharmaca scripsit, quique Apollinis Clarij fuit sacerdos, scriptum reliquit in Aemônia primum apud Teape laurum fuisse invocatum, quod innuit in his:

πολλὰ κείδ' ἢ σὺν ἀμυγῇ πρῶτον, ἢ ἀπὸ δάφνης
 τετραπίδος ἢ δ' ἀπόκοιο φέρεις ἐκ καλλιὰ κόλας.
 Vel purum vitæ potum ser. vel dato lauri
 Aemonia, pallinatamq. aur caulia cadent:

Apollinis Ilienia divinatio non fiebat per responsa, sed per illa animalia quæ comburebantur, sacerdotes futura vaticinabantur, ut ait: enarrator Sophoclis. Magi præterea & Scythæ per lignum mysticæ vaticinabantur, & per alias multas aliorum arbutorum vngas, quod genus vaticinij à Medis etiam servari solitum scriptum fuit à Diono libro primo tertie compositionis:

ἴεσσι